

Regum timendorum in proprios greges,  
Reges in ipsos imperium est Jovis,  
Clari Giganteo triumpho,  
Cuncta supercilio moventis.

Est ut viro vir latius ordinet  
Arbusta sulcis; hic generosior  
Descendat in Campum petitor;  
Moribus hic meliorque famâ  
Contendat; illi turba clientium  
Sit major. Equâ lege necessitas

ad virtutem fingi, & erudiri  
potest.

Regum, &c. En illa, quæ  
promittunt præcepta, & mysteria.  
Quorum primum spectat pie-  
tatem erga Superos, & Reges:  
alterum, moriendi necessitatē,  
&c. Ordo est: Imperium Re-  
gum est in proprios greges;  
id est, in populos ipsius subditos;  
Jovis in Reges: imperant ho-  
minibus Reges, Regibus Deus.

Clari. Qui Jupiter insignem  
gloriam retulit, Gigantibus  
debellatis.

Est ut. Contingit ut, &c.

Viro vir. Alius alio, hic illo.

Latius, &c. Agros latiores,  
prædia lautiora possideat, in  
quibus, per sulcos, & serobes  
humi factas, & serobes in quin-  
cuncem, v. g. digerat, ac des-  
cribat. Vites maxime intelli-  
guntur; quæ sulcis, & fossis  
deponuntur.

Hic, &c. Alius quispiam.

Generosior. Nobilior, clarior  
ris generis, quam sui compe-  
titores.

In campum. Martium, pro-  
pe Romam ad Tiberim. Eo po-  
pulus conveniebat, ad ferenda  
suffragia, & creandos Magi-  
stratus. Porro cum Roma in  
collibus, & loco editiore esset  
posita, descendendum erat in  
campum Martium, in declivi,  
& plano loco, ad ripam Tibe-  
ris, positum.

Petitor. Honorû candidatus,  
Moribus hic, &c. Alter quis-  
piam contendat cum æmulis  
suis, & rivalibus candidatis,  
melior, id est, præstantior, ob  
mores, & famam.

Illi, &c. Vt alius plures alio  
habeat clientes. Quinam sint  
clientes, qui patroni, sæpe an-  
tea dictum.

Equâ. Aequali.

Necessitas. Fatum, mors  
omnibus obeunda.

Sorti-

Sortitur insignes, & imos:

Omne capax movet urna nomen,  
Districtus ensis cui super impia  
Cervice pendet, non sicula dapes  
Dulcem elaborabunt saporibus;  
Non ævium, citharæque cantus  
Somnum reducent. Somnus agrestium  
Lenis virorum non humiles domos  
Fastidit, umbrasamque ripam,  
Non Zephyris agitata Tempe.  
Desiderantem quod satis est, neque

Sortitur. Sorte quam jactâ  
deligit, & letho destinat, ex-  
urna quasi educit eorum no-  
mina. Vide lib. 2. Oden. 3.

Imos. Ignobiles, obscuro  
loco, & humili natos.

Capax. Ampla.

Urna. Vide lib. 2. Ode. 3.

Districtus, &c. Nudatus. Or-  
do est, non dapes Siculæ gu-  
stum, & edendi appetentiam  
afferent, aut somnum concilia-  
bunt ei, cui super capite pen-  
debit ensis nudus. Respicit hi-  
storia Damoclis. Erat ille Diony-  
sij, Siciliæ Tyranni, aulicus,  
& a lentator: cujus cum felici-  
tatem, & conditionem præter  
modum laudaret; Dionysius, ut  
eum dedoceret, jussit hominē  
accumbere ad Regiam men-  
sam, & ut Regem tractarij, sed  
supra illius caput ensē nudū,  
equinâ setâ appensum, demitti  
voluit: quo metu Damocles ita

exanimatus est, ut ne cibos  
quidem atigerit. Vide Cicero  
nem s. libro Quæst. Tusc.

Cervice, &c. Vel, de Damo-  
cle ipso loquitur, vel, de sce-  
lerato, & impio quolibet; qui  
si videret imminentem capiti  
gladium, non secus ac Da-  
mocles perturbaretur.

Sicula. Instructa à Diony-  
sio, Rege Siciliæ; vel, exquisi-  
ta, & magnifica: erant enim  
Siculi in convitiis lautissimi.

Elaborabunt. Efficient, pro-  
vocabant. Difficultatem, &  
molem rei vox ea indicat.

Reducent. Quæ metus abstu-  
lit.

Somnus, &c. Ordo est: lenis  
somnus non humiles domos  
virorum agrestium fastidit, ac  
spernit; id est, ultro illas subit,  
ac visit.

Tempe. Amœnæ valles erant;  
& sylvæ, in Thessalia.

12

Tus



Tumultuosum sollicitat mare,  
 Nec sævus Arcturi cadentis  
 Impetus, aut orientis Hædi:  
 Non verberata grandine vineæ,  
 Fundusque mendax, arbore nunc aquas  
 Culpante, nunc torrentia agros  
 Sidera, nunc hyemes iniquas.  
 Contracta pisces æquora sentiunt,  
 Factis in altum molibus: huc frequens  
 Camenta dimittit redemptor  
 Cum famulis, dominusque terra

*Sollicitat, &c.* Sententia est: eum, qui desiderat quod ad vivendum satis est, qui parvo contentus est, non sollicitat, non anxius, & sollicitum reddit mare procellosum, non terrent procelle; quia non se committit periculose navigationi, lucri causa.

*Arcturi.* Est Arcturus signum Viram consequens, & quasi ejus custos; quod Græca vox ipsa significat: dicitur etiã Arctophylax.

*Hædi.* Hædus gemina stella est, in sinistra manu Aurigæ, sive Erichthonii. Cũ Hædi oriuntur, magnas cient procellas; ut Arcturus, cum occidit.

*Mendax.* Sterilis: qui spem agricolæ fallit.

*Arbore, &c.* Arboribus sterilitatis suæ culpam conferentibus, modo in aquas, & imbres nimios, modo in calores, ab sideribus agros torrentibus; id

est, urentibus, profectos, modo in hyemes asperas. Hoc autem arboribus Poëta tribuit, quasi essent sensu, & intelligentiã prædita: quod magnam habet in elocutione dignitatem.

*Contracta, &c.* Quæ ob jactas in mare moles, angustiora facta sunt. Queruntur pisces, quod sua regna homines usurpæt, &c. Est autem moles, pila saxea.

*Huc.* In altum mare.

*Camenta.* Lapidum cesorum fragmenta, rudia, & impolita: sic vocatur materia illa omnis, quæ ad substructiones, operumque fundamenta, è rudi saxo plerumque adhibetur.

*Redemptor.* Qui opus aliquod faciendũ, v. g. domum, aggerẽ, suo periculo, certã mercede pactã, conducit, & in se recipit.

*Dominus.* Herus aliquis, homo nobilis.

*Terra fastidiosus.* Qui fastidit

Fastidiosus: sed timor, & mina  
 Scandunt eodem, quò dominus; neque  
 Decedit aratã triremi, &  
 Post equitem sedet atra cura.  
 Quòd si dolentem nec Phrygius lapis,  
 Nec purpurarum fidere clarior  
 Delenit usus, nec Falerna  
 Vitis, Achæmeniumque costum;  
 Cur invidendis postibus, & novo  
 Sublime ritu moliar atrium?  
 Cur valle permutem Sabina  
 Divitias operosiores?

dit terram continentem: & in litore, in mari, ædes extruit, terris non contentus. Vide Oden 15. lib. 2.

*Mina.* Fortè oblatrantis conscientia.

*Scandunt, &c.* Eundem in locum ascendunt: in mari non minus quam in terris adsunt.

*Decedit.* Demigrat, abscedit.

*Aratã.* Habente rostrum æreum.

*Post equitem.* In eodem equo cum equite, à tergo equitis hæret.

*Dolentem.* Me aliquo, vel corporis, vel animi dolore affectum.

*Phrygius lapis.* Columnæ marmoreæ, advecta è Phrygia.

*Nec purpurarum, &c.* Nec usus vestium purpurearum, sideribus micantiorum,

*Delenit.* Dolores, & morbos levat.

*Achæmeniumque.* Persicum, ab Rege Persarum Achæmene.

*Costum.* Aromatis genus.

*Invidendis.* Invidiæ obnoxiiis. Poltes sunt januæ lætera; pro tota domo accipiuntur.

*Atrium.* Primus erat locus ædium, & quasi aditus ad reliquam domum, aream in medio positam interdum, & circum addita ædificia, continens: pro tota domo hæc sumitur.

*Cur valle, &c.* Id est; cur vallem, & agrum meum Sabinum, permutem divitiis molestioribus, in quibus conservandis operæ multum, & curæ consumam? Mutamus enim quæ adsunt, cum iis quæ absunt. Est igitur hypallage Poëtis usitata.



## ODE II.

*Alcaica ut*  
 Bellicæ fortitudinis, probitatis, & religiosi (Ode 2)  
 silentii commendatio.

**A**ngustam, amici, pauperiem pati  
 Robustus acri militia puer

Condiscat; & Parthos feroces

Vexet eques metuentis hastâ;

Vitamque sub dio, & trepidis agat

In rebus. Illum ex mœnibus hosticis

Matrona bellantis Tyranni

Prospiciens, & adulta virgo,

Suspirer: Eheu, ne rudis agminum

Sponsus laceffat Regius asperum

Tactu leonem, quem cruenta

Per medias rapit ira cades!

Dulce, & decorum est pro patria mori:

Mors & fugacem persequitur virum,

*Militia, &c.* In militia: vel, qui fiat robustus acri militia, & difficilli. Vocat paupertatem angustam, id est, molestam, laboriosam. Parthos vero pro quibuslibet hostibus ponit; vel quia, quo tempore scripta est hæc Ode, instabat bellum Parthicum. Vide Indicem 2. Odarum.

*Sub Dio.* Extra domum, in campo, in castris, &c. Dium, Divum, sumitur pro aperto, & patenti aere.

*Trepidus in rebus.* Inter metus, & media pericula.

*Matrona, &c.* Vxor alicui-

us Regis Barbari, qui bellum cum Romanis gerat.

*Adulta.* Ætate provecior, nubilis.

*Eheu, &c.* Verba sunt illius virginis, sponso suo metuentis a Romano juvene; vel matronæ, suo viro timentis.

*Rudis agminum.* Imperitus rei militaris.

*Leonem.* Militem Romanum, instar leonis furentem in acie.

*Et fugacem.* Non tantum quemlibet obvium, non eos tantum qui fortiter dimicant, sed illos etiam qui fugiunt.

Nec

Nec parcat imbellis juventa

Poplitibus, timidoque tergo.

Virtus, repulsa nescia sordida;

Intaminatis fulget honoribus;

Nec sumit aut ponit secures,

Arbitrio popularis aura.

Virtus recludens immeritis mori

Cælum, negatâ tentat iter viâ:

Carusque vulgares, & udam

Spernit humum fugiente pennâ.

*Est & fideli cura silentio*

*Nec parcat, &c.* Interficat etiam imbelles juvenes, qui tergo, & poplites vertunt hosti. Est poples geau aversum. Præstat igitur mori fortiter pugnando, quam turpiter fugiendo.

*Virtus, &c.* Est secunda pars Odæ, laudem virtutis quasi privata continens; cum prima commendationem habeat virtutis bellicæ.

*Repulsa nescia.* Quæ nunquam novit turpem repulsam pati: est enim viri prohi peticos honores non assequantur, suam tamen se virtute consolantur, eaque solâ satis honorati sunt.

*Nec sumit, &c.* Neque Consulatum, aut Præturam, ad arbitrium populi gerit: id est, honores consuetos, qui populi suffragiis, & favore deferuntur, spernit; gloriam suam a populo non emendicat.

*Intaminatis. Puris, incor-*

ruptis, non obnoxilis invidiæ, petitionum indignitati, & molestiæ: nam gloria vera semper virtutem comitatur.

*Secures.* Insignia Consulatus, & Præturæ. Erant illæ secures in medio virgarum fasciculo: duodecim fasces Consuli, sex Prætori præferebantur.

*Aura.* Favoris, suffragii.

*Immeritis mori.* Indignis qui moriatur, meritis non mori. *Negatâ, &c.* Ardua, difficili, non omnibus concessa: perumpit obices omnes, ut viam sibi faciat.

*Iter.* Ad Cælum.

*Vulgares.* Vulgi.

*Udam.* Cœnosam, crassam.

*Est & fideli, &c.* Hæc tertia pars Odæ est, ad religionem pertinens. Laudat partem unam pietatis, maxime apud Græcos notam, & insignem, nempe silentium; quod præsertim ser-



*Merces: vetabo, qui Cereris sacrum  
Vulgaris arcane, sub iisdem  
Sic trahibus, fragilemque mecum  
Solvat phaselum. Saepè Diespiter  
Neglectus incesto addidit integrum:  
Rarò antecedentem scelestum  
Deseruit pede pana claudo.*

vabatur in sacris Cereris, qua Eleusina vocabatur, a pago, ubi hæc sacra fiebant: quod silentium si quis rupisset, aperiendo, & alteri explicando arcana sacra, capitale scelus erat.

*Merces.* Quænam illa sit, non exponit: conjici potest ex opposita pœna, esse peculiarem quamdam gratiam apud Superos, & patrocinium, quo pios prosequantur.

*Vetabo.* Cavebo, non committam ut, &c.

*Trahibus.* Tecto, domo.

*Solvat phaselum.* Pelago mecum se committat, soluto

navis fune, quo littori alligari solet. Phaselus est cymba, navicula.

*Diespiter.* Jupiter, dici patet.

*Neglectus.* Parum pie cultus, violentus aliquo scelere.

*Incesto.* Non casto, scelerato.

*Addidit.* Pœnæ comitem.

*Integrum.* Innocentem, purum sceleris.

*Rarò, &c.* Et quamvis pœna impiorum differatur interdum, & claudo eos pede sequi videatur; tamen rarò eos abire inultos patitur, illos aliquando tandem assequitur.

## O D E III.

Justitia, & constantia homines impavidos gravissimis in periculis reddunt: eadem heroes evectunt Cælo, & veteres Romanos orbis dominos effecerunt.

*Alcaica ut 19*

**J**ustum, & tenacem propositi virum,  
Non civium ardor prava jubentium,

*Tenacem propositi.* Constantem,

*Ardor, &c.* Tumultus, seditio civium, leges iniquas ferentium

*Non vultus instantis Tyranni  
Mente quatit solida, neque Ausfer,  
Dux iniqui turbidus Adriæ,  
Nec fulminantis magna Jovis manus:  
Si fractus illabatur orbis,  
Impavidum ferient ruina.  
Hac arte Pollux, & vagus Hercules  
Inmixtus, arces attigit igneas:  
Quos inter Augustus recumbens  
Purpureo bibit ore nectar.  
Hac te merentem, Bacche pater, tua  
Vexere tigres, indocili jugum*

tium. Prava juberet, est, leges pravas feret: quia, cum leges Romæ ferebantur, Magistratus populum rogabat è suggestu, istis verbis, *Velitis, jubentis, Quirites, ut, &c.* Si populus legem probaret, respondebat, *Uti rogas.*

*Instantis.* Minitantis, præsentem mortem intentantis.

*Mente quatit solidâ.* A proposito, & consilio dimoveret.

*Ausfer, &c.* Non procellæ; quæ gravissimæ excitantur ab Austro, Meridionali vento, in Adriatico Mari, quod Italiam ab Oriente claudit.

*Illabatur.* In ejus caput labatur.

*Hac arte.* Justitiâ, & constantiâ fretus.

*Pollux.* Jovis, & Ledæ filius, Castoris frater, qui ob multas res præclare gestas ma-

ximè in fugandis piratis, relictus est inter sidera.

*Vagus.* Qui orbem ferè totum domandis monstris peragravit. Hercules porro fuit Jovis, & Alcmenæ filius, Junonis odio, domitiusque monstris famosus.

*Arces igneas.* Cælum stellis ornatum.

*Recumbens.* Ad mensam accumbens.

*Purpureo, &c.* Pulchro. Augusto adhuc viventi divinos honores Romani detulerunt; eumque Deum, ac Cælo delapsum putavere.

*Merentem.* Promerentem ascribi Cælo, ob egregia tua facinora.

*Tigres.* Curram Bacchi trahere dicuntur tigres, animal naturâ ferum, & indocile; ad significandâ vini vim, & importantiam.

Col-



Collo trahentes: hac *Quirinus*  
*Martis equis Acheronta fugit;*  
*Gratum elocuta consiliantibus*  
*Junone Divis: Ilion, Ilion*  
*Fatalis, incestusque iudex,*  
*Et mulier peregrina vertit*  
*In pulverem, ex quo destituit Deos*  
*Mercede pacta Laomedon, mihi*  
*Castaque damnatum Minerva,*

*Quirinus.* Romulus; sic dicitur a *Quiri*; quæ vox, linguâ Sabinorum, hastam significat.

*Martis.* Ex quo genitus ferrebat: fretus virtute bellicâ.

*Acheronta, &c.* Inferos effugiens, Cælum petivit: id est, immortalitatem est adeptus. Acheron flumen inferorum. Od. 3. lib. 1.

*Gratum, &c.* Postquâ Juno in Deorum confessu, & cœcilio, rem ipsi gratâ fuisset locuta; nempe se permissuram, ut Romulus inter Divos referretur, ut Romani, ope virtutis, & justitiæ, domini orbis evaderent; Trojanorum exemplo admoniti, qui propter perfidiam, & alta vitia perierant. Quod Horatius in hac Ode spectat.

*Consiliantibus.* Inter se cōsultantibus, fortè de Romulo, & Roma. Consiliari, est inire cōsiliū, in medium consulere.

*Iudex.* Paris; qui electus iudex inter Junonem, Venerem, & Minervam, palmam

rem, & Minervam, palmam Veneri adjudicavit, & sententiam patriæ suæ fatalem, id est, exitialem tulit.

*Incestus.* Non castus, impudicus.

*Mulier peregrina.* Helena, quam è Græcia raptam Paris Trojam vexit.

*Ex quo.* Ex quo tempore. Jam tum, inquit, destinatum, & certum Trojæ fuit exitium: jam tum dici Troja potuit in pulverem redacta.

*Destituit.* Fraudavit.

*Pacta.* Promissâ.

*Laomedon.* Priami pater. Is cum Trojæ muros extrueret, Neptunus, & Apollo suâ imperam ad eos condendos certâ mercede locaverunt. Opere cōfecto, promissum pretiū solve-re Laomedon recusavit: hinc Deorum ira in Trojanos.

*Damnatum.* Nempe Ilium invisum, detestatum: vel, à me, & Minerva damnatum excidio.

Cum populo, & duce fraudulento.  
*Jam nec Lacæna splendet adultera*  
*Famosus hospes, nec Priami domus*  
*Perjura pugnaces Achivos*  
*Hæctoris opibus refringit:*  
*Nostriisque ductum seditionibus*  
*Bellum resedit. Protinus, & graves*  
*Iræ, & inuisum nepotem,*  
*Troica quem peperit sacerdos,*  
*Marti redonabo. Illum ego lucidas*  
*Inire sedes, ducere nectaris*  
*Succos, & adscribi quietis*  
*Ordinibus patiar Deorum;*  
*Dum longus inter sæviat Ilium,*  
*Romamque pontus: qualibet exules*

*Duce.* Laomedonte perfido. *Lacæna adultera.* Helena Lacedæmonia. *Hospes.* Paris. *Splendet.* Vivit, opibus formâque præstans. *Famosus.* Infamis. Ea vox in pejorè vulgò partem accipitur. *Perjura.* Ob Laomedontem, qui promissâ Neptuno, & Apollini juramento pecuniâ denegavit. *Hæctoris opibus.* Hæctoris virtute, & fortitudine. *Refringit.* Retundit, repellit. *Ductum.* Productum, continuatum ad decem annos. *Seditionibus.* Deorum inter se, & Deorum disensionibus. *Resedit.* Sublatum est, cōfectum est. *Protinus.* Haud mora, jam porro, in posterum. *Iræ, &c.* In gratiam, & honorem Martis, iras meas deponam; & quamvis Romulus, meus æpos, nempe Martis filii mei proles, sit mihi invisus, quia est genitus Iliæ, seu Rhææ Sylviæ, Veste sacerdote Troica, id est, à Trojanis oriundâ, nempe filiâ Numitoris, unius ex Æneæ posteris; tamen illum reddam suo patri, ut ejus curru in Cælum evehatur. *Inire.* Ingredi. *Ducere.* Bibere. *Dum, &c.* Modò, eâ lege, ut Roma, & Troja interposito mari longo separentur. *Exules.* Romani, ab Æneæ orti, qui venit Italiam fato profugus, &c. Virg.



In parte regnante beati,  
 Dum Priami, Paridisque busto  
 Insultet armentum, & catulos fera  
 Celent inultra: fiet Capitolium  
 Fulgens; triumphatque possit  
 Roma feroc dare jura Medis.  
 Horrenda late nomen in ultimas  
 Extendat oras, quæ mediis liquor  
 Secernit Europæ ab Afro,  
 Quæ tumidus rigat arvia Nilus;  
 Aurum irreperitum, & sic melius situm,

Regnante. Imperativus: regnent ubilibet, orbem obtineant.

Insultet. Greges impunè premant sepulchra Priami, & Paridis; adeoque Troja tota vastata sit, ac deserta.

Inultra. Illæsa, impunè, ob arborum densitatem, & solitudinem loci.

Capitolium. Præcipuè Romæ templum, Jovi sacrum. Arx Imperii.

Medis. Parthos intelligit, qui Persarum Imperium invaserant, ut Persæ Medorum olim. Vide lib. 1. Od. 2. &c.

Horrenda. Metuenda, & terribilis hostibus Roma. Rectè observat Torrentius, hoc epitheto sæpè significari admirationem quandam ex veneratione ortam: ita Sibyllam à Virgilio dici horrendam, &c.

Quæ mediis, &c. Imperet Roma, & quæ mare mediis, id

est, Mediterraneum, in mediis terras influens, separat Europam ab Africa, & quæ Nilus Egyptum rigat tumidus, hoc est, intumescens, & exundans: id est, ab uno maris Mediterranei litore, nempe Occidentali, & Atlantico, ad alterum litus, Niloticum, & Orientale.

Liquor. Aqua, mare.

Aurum, &c. Sententia est: fortior sit Roma ad spernendum aurum; ita ut illud reperire non curet atque eruere, sed illud abditum esse patiat, & celatum in terræ visceribus, ubi profectò melius latet, quam si indidem extrahatur: sit, inquam, Roma fortior in auro spernendo, quam in eo cogendo, id est, coacervando, & congerendo in usus humanos; quippe cum auri cupiditas, & sacra fames impellat hominum manus ad rapienda, & spolianda omnia

sa.

Cum terra celat, spernere fortior,  
 Quam cogere humanos in usus,  
 Omne sacrum rapiente dextrâ.  
 Quicumque mundi terminus obstitit,  
 Hunc tangat armis, visere gestiens,  
 Quâ parte debacchentur ignes,  
 Quæ nebule, pluviique rores:  
 Sed bellicosæ fata Quiritibus  
 Hac lege dico, ne nimium pii,  
 Rebusque fidentes, avita  
 Tecta velint reparare Troja.  
 Troja renascens alite lugubri  
 Fortuna tristi clade iterabitur,  
 Ducente victrices catervas  
 Conjuge me Jovis, & sorore.  
 Ter si resurgat: murus athenens,

sacra, ad res sanctissimas violandas.

Quicumque, &c. Quæcumque regio, etiam orbis ultimi, obstabit armis Romæ victricibus, ejusque triumphos morari voluerit, hanc debellet, eò perveniat armata, & victrix: etiam in illas oras pertingat, ubi calores, & fulmina debacchantur (nempe in torridam mundi Zonam) ut illas, ubi glacies, & nebulae rigent: indicatur Zona frigida.

Sed, &c. Hæc tamen felicia Romanis fata denuncio, & prædico, eâ tantum conditione, &c.

Nimium pii. Nimio erga patriam suam amore capti. Existimari potest Horatius his

verbis Casarem notare voluisse: cui ferunt in an. n. 60 fuisse, Romam relicta, migrare Alexandriam, aut Ilium, translatis opibus Imperii. Suet. c. 79.

Rebus. Secundis rebus; opibus, gloriâ.

Avita. Roma enim Trojanorum, quasi colonia fuit.

Renascens, &c. Ordo est: fortuna, seu, infortunium Trojæ, renascentis melis omnibus, & reparata, iterabitur tristi clade. Trojæ, si repararetur, iterum, ut antea concidet; ac ejus fortuna, cladesque renovabitur.

Alite. Omne. Od. 5. lib. 1.

Athenens. Firmissimus; quavis ipso ex are compactus.

Au.



*Autore Phæbo; ter pereat meis  
Excisus Argivis, ter uxor  
Capta virum, puerosque ploret;  
Non hac jocosa conveniunt lyra:  
Quò Musa tendis? desine pervicax  
Referre sermones Deorum, &  
Magna modis tenuare parvis.*

*Autore. Structore, ædificâte. Jocosâ. Lyricâ, quâ jocis;  
Pereat. Peribit, periret, ruc- & ludo gaudet.  
ret. Pervicax. Audax, proter-  
Meis. Græcis enim præci- va.  
puè favebat Juno. Modis. Cantibus.*

*Alcaica ut. Va* ODE IV.

Musarum in se beneficia commemorat: iisdem acceptas referre Augusti victorias, quibus hostes Reip. ut Jupiter Titanas, debellavit.

**D**escende Cælo, & dic, age, tibiâ  
Regina, longum, Calliope, melos,  
Sen voce nunc mavis acutâ,  
Sen fidibus, citharâve Phæbi.

*Auditis? an me ludit amabilis  
Insania? audire, & videor pius*

*Errare per lucos, amens*

*Descende Cælo. De Musis consecratâ. Dicuntur Musæ dicturus, earum principem in- vocat. Habebant porro Musæ quoque sedem in Cælo, ut Jovis filix: habebant & montes sacros, & templa in terris, ut Parnassum, &c.*

*Regina. Vel eam, sic hono- ris tantum causâ, nominat; vel, quia Musarum primaria esse dicitur.*

*Citharâve Phæbi. Phæbo*

*consecratâ. Dicuntur Musæ voce canere; Phæbus verò ci- tharâ.*

*Auditis, &c. O amici, non- ne eam canentem auditis? An me furor Poëticus grato erro- re decipit? Ego quidem cer- tè videor mihi illam polo de- lapsam audire, & spatium in amœnis salcibus, &c.*

*Pios. Sacros, Musis conse- cratos.*

*Quos*

*Quos, & aqua subeunt, & aura.*

*Me fabulosa, Vulture in Appulo,  
Altricis extra limen Apulia,*

*Ludo fatigatumque somno,*

*Fronde novâ puerum palumbes*

*Texere; mirum quod foret omnibus,*

*Quicumque celsa nidum Acherontia,*

*Salusque Bantinos, & arvum*

*Pinquæ tenet humilis Ferentis;*

*Ut tutò ab atris corpore viperis*

*Dormirè, & ursis; ut premeret sacrâ*

*Lauroque, collatâque myrto,*

*Et aqua, &c. Alluunt aque, perflant aura.*

*Me, &c. Primum benefi- cium à Musis acceptum. Ordo est: me puerum, ludo fatiga- rum, & somno victum, pa- lumbes, id est, sylvestres co- lumbæ, fabulosæ, sive, de qui- bus multa dici solent mira, texere novâ, id est, viridi fron- de, in Vulture Apulo (est mons Apulia) extra limen patriæ meæ Apulia.*

*Altricis, &c. Paulo antè di- xerat, Vulturem montem esse Apulum: quomodo nunc dicit eundem esse extra limen Apu- lia? Duplex Apulia est: altera Daunia, altera Peucecia: in il- la est Venusium oppidum, Ho- ratii patria: in hac Vultur, qui proinde est extra Apuliam Dauniam, Horatii altricem, & natalem terram. Sunt qui*

*dicant Vulturem in limite ipso Apuliæ Peucecia fuisse; ita ut pars ejus esset in Apulia, pars in Lucania: adeoque al- quâ sui parte esset extra li- men, seu limitem Apuliæ.*

*Somno. Somni amore, dor- miendi desiderio, vexatum, & oppressum.*

*Mirum quod foret, &c. Ita, ut mirarentur omnes Ache- rontini, Bantini, & Ferentini, quo pacto dormirem tutus à viperis, &c.*

*Acherontia. Urbs exigua erat, in limite Apuliæ, & Lu- cania, in monte posita, instar niduli: aves enim in suavis montibus nidificant.*

*Bantinos, &c. Bantia, Fe- rentum, oppida erant in Apu- lia finibus.*

*Collatâque. Comportatâ à palumbibus.*

*Non*



*Non sine Diis animosus infans.*

*Vester, Camæna, vester in arduos  
Tollor Sabinos: seu mihi frigidum*

*Præneste, seu Tibur supinum,*

*Seu liquida placere Baja.*

*Vestris amicum fontibus, & choris,*

*Non me Philippis versa acies retro,*

*Devota non extinxit arbor,*

*Nec Sicula Palinurus unda.*

*Utrumque mecum vos eritis; libens*

*Insanientem navita Bosphorum*

*Tentabo, & arentes arenas*

*Non sine Diis.* Certo Deorū patrociniō: Musas intelligit.

*Animosus.* Impavidus, qui nihil à viperis, & uris time-rem.

*Vester, &c.* Vestro patrociniō tutus sum, sive petam Sabinos (quæ regio montibus ardua, & aspera est) sive urbem Prænestinam, frigido in monte sitam, sive Tiburtinam, quæ in declivi colle sedet; seu denique adeam Bajas, liquidis, & puris aquis celebres.

*Vestris, &c.* Sententia est: me, quia eram amicus vestris fontibus, & choris, non extinxit acies Bruti, & Cassii, ab Augusto fugata in campis Philippicis; non arbor execranda, dirisque devota; non factum à me naufragium ad Palinurum, promontorium Lucaniæ, prope Siciliam,

*Philippis.* Philippi, urbs Thessaliæ, ad quam devicti anno V. C. 712. Brutus, & Cassius: quorum in exercitu Tribunus militum Horatius erat. Vide ejus vitam, & Indicem 2. Odarum.

*Devota.* Diris devota, execranda. Vide Od. 10. lib. 2.

*Palinurus.* Ad hoc Siciliæ promontorium, ut Aeron scribit, è Macedonia rediens post Philippensem fugam, penè extinctus est, fracta navi, anno ætatis 24. Est etiam oppidum Lucaniæ, ejusdem nominis, prope Veliam; quæ loca Siculi antè Lucanos tenuere: ad quod oppidum navim fregisse Horatium plures volunt.

*Utrumque.* Vbicumque.

*Tentabo.* Visam, ad libo. De Bosphoro, vide librum 2. Od.

*Littoris Assyrii viator:*

*Visam Britannos, hospitibus feros,*

*Et latum equino sanguine Concanum:*

*Visam pharetratos Gelonos,*

*Et Scythicum inviolatus amnem.*

*Vos Casarem altum, militia simul*

*Fessas cohortes abdidit oppidis,*

*Finire quarentem labores,*

*Pierio recreatis antro.*

*Vos lene consilium, & datis, & dato*

*Gaudetis alma. Scimus, ut impios*

*Assyrii littoris.* Assyria, Strabone teste, complectitur Babyloniam, & magna partem adjacentium regionum. Itaque per litus Assyrium, intellige litus maris Persici, vel Caspii, vel etiam Syrii; nam Syria dicta quoque olim est Assyria: sive, campos arenosos, & æstuan-tes, circa litus positos.

*Britannos.* Anglos, qui tunc hospites suos immolabant Superis.

*Latum, &c.* Concani, gens quadam Scythica, equorum sanguinem, lacti mixtum, adhibebant in potum, instar vini suavissimi.

*Gelonos.* Erant Concanis, & Scythis affines, boni jaculatores.

*Scythicum amnem.* Tanaim, quo Europa ab Asia distinguitur, versus Scythas, & Septentrionem.

*Inviolatus.* Incolumis, salvus.

*Altum.* Ingentem, invictum.

*Simul.* Simul atque, postquã.

*Abdidit.* In hyberna misit.

*Pierio antro.* Pieria, fuit Atticæ regio, Musis sacra. Significat Casarem Musis, & versibus delectari.

*Lene consilium, &c.* Vos affatis Casari clementia, & lenitate; mita illi consilia suggeritis, & suggessisse gaudetis. In hac porro voce *consilium*, duæ ultima syllabæ in unam coalescunt; aut potius legendum, *consilium*, ut constet versus.

*Scimus.* Sententia videtur hæc esse: injecta est à Musis ea mens Casari, ut lenitate summâ utatur adversus hostes: nam scimus, & vidimus, quàm facile armatus eos vicerit, & vincere adhuc possit; ut scimus quàm facile Jupiter Gigantes profligaverit. Comparat Bru-



Titanas, immanemque turmam,  
Fulmine susulerit caduco,  
Qui terram inertem, qui mare temperat  
Ventosum, & urbes, & Regnaque tristia:  
Divosque, mortalesque turbas  
Imperio regit unus aequo.  
Magnum illa terrorem intulerat Jovi  
Eidens juvenus horrida brachiis,  
Fratresque tendentes opaco  
Pelion imposuisse Olympo.  
Sed quid Typhaus, & validus Mimas,  
Aut quid minaci Porphyriion statu,  
Quid Rheæus, evulsisque truncis  
Enceladus jaculator audax,  
Contra sonantem Palladis Ægida  
Possent ruentes? Hinc avidus stetit

Vulcanus; hinc matrona Juno, &  
tum, & Calsium, cæterosque  
conjuratos, cum Gigantibus;  
Augustum, cum Jove.

Ut impios, &c. Ordo est: sci-  
mus ut, id est, quemadmodum,  
qui terram, & mare temperat,  
& gubernat, Divosque, mor-  
talesque regit (nempe Jupi-  
ter, quem istis quatuor totis  
versibus describit) susulerit  
fulmine impios Titanas.

Caduco. In Titanas cadente.  
Inertem. Brutam, infimam.  
Regna tristia. Inferos.

Juventus. Titanum; quos  
pro Gigantibus, eorum fratri-  
bus, ponit.

Brachiis. Erant enim centi-  
mani. Ovid. 1. Metamorp.

Fratres. Titanes, vel Gi-  
gantes.

Tendentes, &c. Contenden-  
tes, laborantes. Imposuisse,  
pro, imponere: id est, moli-  
tos imponere.

Pelion Olympo. Montes sunt  
Thessalia.

Typhaus, &c. Typhaeus,  
Mimas, Porphyriion, Rheæ-  
us, Enceladus, Gigantum  
sunt nomina.

Statu. Staturâ, habitu cor-  
poris.

Ægida. Clypeum: de quo  
vide Oden. 13. lib. 1.

Hinc. Ex parte Jovis.

Avidus. Epithetum ignis  
proprium.

Nunq

Nunquam humeris positurus arcum,

Qui rore puro Castalia lavit  
Crines solutos, qui Lycia tenet  
Dumeta, natalemque sylvam,  
Delius, & Patareus Apollo.

Vis consilii expers mole ruit scdâ:

Vim temperatam Dii quoque provehunt

In majus: iidem odere vires

Omne nefas animo morventes;

Tectis mearum centimanus Gyas

Sententiarum notus, & integra

Tentator Orion Diana,

Virginâ domitus sagittâ.

Injecta monstris Terra dolet suis;

Mareque parvas fulmine luridum

Nunquam, &c. Qui semper

arcum gestat: vel, certus ar-

cum non deponere, donec

profligati Gigantes perirent.

Qui rore, &c. Apollo: Ca-

stalia fons est Parnalsi.

Lavit. Ab antiquo, lavere,

tertiâ conjug. pro, lavare.

Lycia. Est in Asia minori;

ejus urbs præcipua Patara, ubi

Apollo colebatur: hinc Pata-

reus dicitur: quæ vox, in ulti-

mo versu hujus strophæ pos-

ta, est trisyllaba.

Natalemque sylvam. De-

liam: natus est Apollo, in De-

lo, insulâ maris Ægæi.

Vis, &c. Vires prudentiâ de-

stituta, per se, nullo impel-

lente, ruunt.

Temperatam. Clementiâ,

& consilio.

Provehunt in majus. Augēt.

Omne nefas, &c. Vires, quæ

ad perficienda scelera confe-

runtur.

Tectis, &c. Gyas, unus è

Gigantibus, tectis est notus, &

idoneus eorum effatorum, quæ

hic scribo.

Integra. Casta, intacta.

Tentator. Qui ejus pudici-

tiam attentavit; & ab eâ sagit-

tis confosus est.

Injecta. Imposita. Jupiter

enim montes, à Gigantibus

vibratos, in eisdem retorsit,

eosque illis obruit.

Monstris suis. Gigantibus

ex se genitis: erant enim Ter-

ræ filii.



*Missos ad Orcum: nec peredit  
Impositam celer ignis Aetnam:  
Incontinentis nec Tityi jecur  
Relinquit ales, nequitia additus  
Custos: amatorem trecenta  
Pirithoum cohibent catena.*

*Nec peredit, &c.* Quamvis hominis impuri custos, & tor-  
Aetna injecta Encelado, ignes tor, illi affixus, & appositus.  
assidue vomat, non tamen il-  
lis ipsa consumitur, nec misce-  
rum Enceladum isto pondere  
levat.

*Incontinentis.* Qui Latonam  
temerare tentarat.  
*Ales.* Vultur.  
*Nequitia, &c.* Impudicitia:

*Alcaica ut*

## O D E V.

Augustum laudat, quod à Parthis Romanorum  
vexilla receperit. Invehitur in Romanos  
milites, qui se Parthis olim dederant: hinc  
sumit occasionem Reguli celebrandi.

*Cælo tonantem credidimus Jovem  
Regnare: presens Divus habebitur  
Augustus, adjectis Britannis  
Imperio; gravibusque Persis.*

*Cælo, &c.* Quemadmodum, favens, propitius.  
quâdo tonantem audimus Jo-  
vem, eum credimus regnare  
*Habebitur.* Id est, habendus  
Cælo: ita, cum Augustum vi-  
demus Persas, & Britannos ad-  
jecisse Imperio Romano, ne-  
mo dubitare poterit, quin re-  
vera Deus sit, etiam presens,  
& vivens. Potest etiam ea vox,  
*presens,* significare idem quod,

*Milesne Crassi conjuge Barbarâ  
Turpis maritus vixit? & hostium  
(Proh Curia, in-versique mores!)  
Consenuit socerorum in armis,  
Sub Rege Medo, Marsus, & Appulus,  
Ancillorum, & nominis, & toga*

den 29. libri 1. Quo id anno  
contigerit, docebit te Index  
2. Odarum Chronologicus.  
Quam Augusti victoriam in-  
cruentam Horatius amplifi-  
cat, exponendo gravitatem, &  
ignominiam cladis olim à  
Parthis acceptæ.

*Milesne Crassi, &c.* Quis  
credat Crassi milites duxisse  
Barbaras conjuges, & eum il-  
lis vivere potuisse? Crassus à  
Parthis captus fuit, anno V. C.  
702. Ejus milites, magnâ par-  
tē capti, in Perside manserunt,  
ubi duxere Persicas uxores.

*Conjuge.* Cum conjuge vel,  
turpis maritus, ob Barbaram  
conjugem.

*Turpis.* Erat enim turpe Ro-  
mano Barbarâ, & captivo ho-  
stis filiam conjugem accipere.

*Et hostium, &c.* Stipendia  
fecit in castris ipsorum Par-  
thorum, usque ad senectute m.  
Est autē ordo: & Marsus, atque  
Appulus, oblitus ancillorum,  
nominis, & togæ, Jove incolu-  
mi, & Româ, consenuit, sub Re-  
ge Medo, in armis hostium, so-

cerorum suorum, nempe Par-  
thorum, quorū filias duxerāt.

*Proh Curia, &c.* O, dignitas,  
& prudentia Senatūs Romani!  
o morum antiquorum sancti-  
tas! quantum eo tempore de-  
trimentum accepistis! quàm  
ab illis p̄fiscis mutati tunc era-  
tis?

*Medo.* Partho.

*Marsus, Appulus.* Italie po-  
puli, ac milites in primis for-  
tes, & insignes ea tempestate.

*Ancillorum.* Erant Ancilla  
clypeoli 12. sacri. Eorū unus  
è Cælo decidisse ferebatur: e-  
ditumq; fuisse oraculum, fo-  
re ut tandiu Roma staret,  
quandiu ille servaretur. Is igitur  
ne facile surripi posset, ad  
ejus formam, & modum alii  
undecim facti erant, qui in  
templo Martis servabantur.

*Nominis.* Romani.

*Togæ.* Toga Romanorum  
erat propria: unde illos, *gen-  
tem togatam,* Virgilius vocat,  
lib. 1. *Æn.* Imponebatur tu-  
nica, eraque initar pallii.



Oblitus, æternaque Vesta,  
Incolum Jove, & urbe Roma?

Hoc caverat mens provida Reguli,  
Dissentientis conditionibus

Fædis, & exemplo trahenti  
Perniciem veniens in ævum,

Si non periret immiserabilis  
Captiva pubes. Signa ego Punicis

Affixa delubris, & arma  
Militibus sine cade, dixit,

*Vesta.* In templo Vestæ ignis servabatur, & nutriebatur à Vestalibus.

*Jove, &c.* Capitolio, ubi templum Jovis. Sententia est: fieri ne poruit, ut Mars, & Appuli, egregii milites, obliti sint tam facile sui nominis, vestis, Urbis, idque stante, & florente Roma, & Capitolio? itane se turpiter hosti dedidisse!

*Hoc caverat, &c.* Id pro spererat Regulus, ac impedire conatus erat: ne scilicet reperiretur tam ignavi milites, qui id facerent aliquando, quod isti Crassiani: nempe dum autor fuit, ne redimerentur captivi, sed periret potius apud Carthaginienses; ceterique, eo exemplo territi, fortiter mori in acie, quam capi turpiter mallet.

*Reguli.* M. Attilius Regulus floruit circa an. V. C. 500. Is captus à Carthaginiensibus, ne milites Romani in pugna ca-

pi redimerentur, vetuit. Vide Ciceronem lib. 3. de Off. & Aulum Gel. lib. 6. c. 4.

*Dissentientis, &c.* Repudiantis fædas condiciones. Ea conditio proponebatur à Pœnis, ut redderent Romanos captivos; ac suos vicissim ipsi, factâ permutatione, reciperent.

*Et exemplo, &c.* Aversantis exemplum, id est, fædus, seu pactionem, pro captivorum redemptione, quæ in posterum tempus exitialis futura esset Reip. occasionem dando militibus pugnandi segnius, eâ spe fore, ut redimerentur.

*Immiserabilis.* Cujus nemo miser esceret.

*Captiva, &c.* Juvenes Romani, à Pœnis capti.

*Signa.* Vexilla nostra.

*Ego, &c.* Oratio Reguli in Senatu.

*Sine cade.* Nostri militibus crepta, sine vulnere, & pugna,

Di-

Direpta vidi: vidi ego circum

Retorta tergo brachia libero,

Portasque non clausas, & arva  
Marte coli populata nostro.

Auro repensus scilicet acrior

Miles redibit? flagitio additis

Dammum: neque amissos calores

Lana refert medicata fucos;

Nec vera virtus, cum semel excidit,

Curat reponi deterioribus:

Si pugnat extricata densis

*Retorta, &c.* Vidi cives nostros, & milites, qui antea erant liberi, quorum præcipua laus, & gloria libertas esse debuit, retortis in tergum manibus ligatos, instar servorum.

*Non clausas.* Quæ res indicat quam securi sint Pœni, qui portas urbium suarum apertas, & patentes habeant, qui colant arva, prius à nobis populata bello, & vastata.

*Repensus, &c.* Redemptus; veteres enim aurum non numerabant, sed appendebant. An creditis militem redemptum, pugnaturum acrioris? generosiorum ad bellum redituum? Non ita est; erit ille segnior; & additis flagitio quod admittit, dum se capi passus est turpiter, damnum, quod ignavè pugnando afferet Reipublicæ: vel damnum pecuniæ, quæ peribit ignavum redimendo.

*Neque amissos, &c.* Ut lana candidum, & nativum coloris, quem amittit fucus medicatus, id est, tinctus, nunquam refert postea, hoc est, representat, resumit: sed semper illum posteriorem retinet: sic animus iners, & timidus, ignaviâ semel imbutus, amissam fortitudinem (quam veram virtutem Vates hic appellat) non recipit; semper ignavus restat.

*Fucus.* Est fucus herba quædam, quæ utatur insectores: pro colore quolibet, eoque maxime adscititio, in primis pro minio, & cerussa, usurpatur.

*Curat.* Solet, amat.

*Reponi.* Restitui, redire.

*Deterioribus.* Ignavis, videlicet: est in dandi casu.

*Si pugna, &c.* Ironicè hæc omnia dicuntur; estque hic sensus: ut cerva, retibus semel extricata, non pugnat; sic e-

K 4

mil-